

gressus fuerit extendendo eorum vocationem ad casus aliarum personarum, & ad extinctionem utriusque lineae, excluda exinde remanet quaecumque dependetia ad dicta conditione, seu casu obitus Macchiavelli absque filiis: nam si Testator in inferiori hac parte voluit Juvenes extrahendos finita linea haeredum Institutorum, & substitutorum absolute, ac simpliciter succedere, impossibile est, quod eorum substitutio propter aditionem unius, vel alterius exiret, qui est casus vulgaris qui in illa terminat linea vocatorum non terminata, ut ponderat Rot. in dec. 266. nu. 17. & seq. par. 4. tom. 2. & ad litteram in dicta dec. 134. nu. 8. par. 5. recent.

Minusque obstat quod inter unam, & alteram substitutionem eorumdem Juvenum adiecta fuerit Copula, nam, quae cum sit de sui natura continuativa operatur, ut subséquens hac dispositio intelligi debeat retento eodem themate praecedentis conditionis, quatenus scilicet haeredes decederent sine filiis. Siquidem obiectum procedit ubi haec dictio, vel aliae similes de sui natura continuativae, & repetitivae ponuntur inter duas orationes, quarum prima est perfecta, secunda autem imperfecta ex parte verbi, aut ex parte suppositi, vel appositivi, sicut autem ubi, prout hic est posita inter duas orationes, quarum quilibet est omnino perfecta, illarumque posterior continet diversas personas, & diversam pariter dispositionem; hoc enim casu praefata dictio non dicitur stare per modum repetitionis, & compulsionis qualitatum, & conditionum praecedentium, sed inactivae faciendo duas dispositiones diversas, & separatas, & potius supponendo terminos antecedentes, quam repetendo, ut notant Peregr. de fideicom. art. 16. n. 12. Gratian. discept. 828. num. 11. & seqq. alique relati per Rot. in dec. 59. nu. 14. coram Priolo. & dec. 65. nu. 5. & seqq. coram Cerro.

Constituto itaque ex his, quod substitutio Macchiavelli sit longe diversa ab illa Juvenum extractorum nil refert, quod Gratiosus Ubertus olim Auditor Bononiae occasione licis motae inter Macchiavellum, & haeredes Lucretiae super purificatione huiusmodi substitutionis per sententiam definitivam pronunciarit asserentem fideicommissum exprasse in personam Lucretiae Pandinae auctricis illorum de Levantibus, & Gambilonghis modernorum reorum, quodque sententia haec lata cum legitimo contradicatore in auctoritatem transferretur iudicata, ac modo facta Jus quoad omnes alios fideicommissarios tamen non citatos iuxta Text. in l. ingenium ff. de hac. homin.

Et enim cum ex hoc usque deductis clarissime pateat, quod hodie nec eadem sit conditio personarum in praecedenti sententia comprehensarum, nec idem sit Jus, ex quo res iudicata emanavit. Illiusque utique exceptio non nocet Actoribus secundum censuram Text. in l. cum quaeritur duobus seqq. ff. de re iudic. ibique communiter DD. & Seacc. de sentent. & re iudic. gloss. 14. quaest. 2. num. 9. Gratian. discept. forens. cap. 914. num. 31. & Rot. dec. 130. nu. 33. par. 16. recent. & in Romana fideic. de Inconveniens 24. Aprilis 1682. §. Non enim coram D. meo Rondinino.

Et quavis in dicta sententia simpliciter, & indefinite dicitur fideicommissum exprasse per superviventes Lucretiae filiae haeredum institutorum, non per hoc sequitur sublatam esse existentiam fideicommissi quoad omnes in eo convocatos: etenim cum petitio tunc facta in libello continet, quod Lucretia condemnatur ad restituenda ipsi Macchiavello bona fideicommissi subiecta iam patet in eo iudicio actum dumtaxat fuisse de Jure proprio, & personali ipsius Macchiavelli, quapropter sententia, quae successive in eodem iudicio probata fuit adhuc ut respondeat actoris petitioni, & libello, a quo declarationem, & interpretationem de Jure recipit iuxta firmata per Rota in dec. 229. n. 4. par. 17. recent. ac dec. 198. n. 14. par. 18. ro. 2. recent. Magis respiciere dicitur personam Agentis, quam ipsum fideicommissum, ex cuius Jure egit, & consequenter praedicare non potest successoribus in dicto fideicommissio venientibus ex Jure independente ab eo, quod in dicto iudicio deductum fuit, ut docent Bald. conf. 121. lib. 3. sub n. 10. Pax de tenu. tra. 2. cap. 43. sub nu. 8. & egregie Mansus consulti. 408. n. 8. tom. 5.

Nec officit demum contraria observantia, quae ad interpretationem huiusmodi fideicommissi ex parte reorum deducitur, ex quo defunctis liberis Coniugum de Pandinis, & ultimo loco mortuo Macchiavello de anno 1648. Commissarii, seu executores Testamentarii non devenierint ad

extractionem Juvenum sine sponforum, neque ad petitionem Immissionis, nisi de anno 1682. Quoniam etiam probaretur scientia Testamenti in DD. Commissariis, de quo tamen non constat observantia exinde elicit non meretur attendi; Tum quia est fundata in actibus mere negativis, qui non sunt de Jure sufficientes pro interpretatione fideicommissi dubii, ad quem effectum exigitur actus positivi, de quibus haeredum consensus possit induci ex traditis per Vermiglioli. consil. 200. n. 24. & per Rot. in Auximana Praedicti 25. Junii 1674. §. Nihilque penitus coram R. P. D. meo Archiepiscopo Damasceno. Tum etiam quia ubi prout hic fideicommissum est clarum observantia nihil operetur, Castrenf. in l. haeredit. §. si quis sub n. 1. ff. de Testament. in conf. 240. n. 1. lib. 1. Aretin. conf. 84. n. 5. & conf. 111. n. 2. & Rot. dec. 319. num. 2. par. 4. recent.

Tum denique quia huiusmodi negativa observantia eliditur ex contraria affirmativa observantia desumpta ex facto positivo Lucretiae auctricis modernorum reorum, quae post obitum Joannis Baptistae eius patris agnoscens esse vocatam per viam fideicommissi, non vero simpliciter positam in conditione ad exclusionem Macchiavelli substituti, quo casu potuisset tantum succedere per viam intestatae successioneis uti haeres Patris, declaravit velle consequi praetium domus, & Praedii haereditarii Michaelis Testatoris non uti proveniens ex haereditate Patris, sed uti sibi debitum independentem a Patre tanquam vocata ad fideicommissum Michaelis, ut constat ex Summario nu. 3. Haec autem confessio, & observantia deducta ex facto positivo, contrariam negativam excludit, & valde desuper conducit ad congruam intelligentiam mentis Testatoris, ubi illius verba aliquam involverent dubietatem ex Text. in l. fidei interpretatione ff. de legibus, & tradunt DD. allegati per Rotam in dec. 341. num. 8. coram Celso, & in Auximana Praedicti 9. Januarii 1680. §. Quintimo coram D. meo Rondinino, & in Romana, seu Firmiana Fideicommissi de Burattis 13. Junii 1681. §. tandem coram Domino meo Decano.

Et ita partibus hinc inde in voce, & in scriptis auditis.

R. P. D. URSINO.

Bononien. Fideicommissi de Pandinis.

Ven. 29. Martii 1686.

ARGUMENTUM.

Ista decisio aliam supra extensam confirmat.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio concurrentibus requisitis conceditur.
- 2 Caducata prima substitutione caducatur altera quae illi cohaeret, amplius ut n. 5.
- 3 Dicitio nam est orationis continuativa, & dispositionem aliquam denuo non inducit.
- 4 Et est sui naturae ratiocinata, adeo licet apposta inter duas orationes perfectas tamen habet cohaerentiam cum praecedenti dicto n. 8. & 9.
- 5 Omnis est facienda interpretatio pro exclusione fideicommissi.
- 6 Verba -- ut infra substituendos -- formant substitutionem ipsam regulandam esse iuxta formam, & modum in inferiori, & subsequenter orationis parte insertum.
- 7 Clausula tunc & eo casu que important.
- 8 Dicitio, tunc & eo casu indemnitate postea omnes tempus comprehendit.
- 9 Appellatione lineae omnes descendentes continentur.
- 10 Conditio deficientia linea superflua esset nisi operaretur inclusionem omnium descendentium.
- 11 Argumentum ab absurdo vitando nullus est roboris ubi Testatoris voluntas certa, & literalis sit.
- 12 Conditio habetur pro impleta contra praesentes impedimentum.
- 13 Executores Testamentarii possunt agere donec impleatur conditio operativa favore heredis.
- 14 Vulnerata via executiva non remanet vulnerata alia ordinaria.

DE.

DECISIO LXXIV.

Agnoscentes Haeredes Testamentarii quond. Lucretiae de Pandinis ex perpetua, & absoluta substitutione fideicommissaria Juvenum sorte extrahendorum firmata in praecedenti Decisione coram me edita sub die 3. Decembris anni praeteriti institutionem ad eorum favorem per dictam Lucretiam factam frustrari, curantur hodie, impleta nova Audientia adversus dictam decisionem, praevius huiusmodi fideicommissaria excludere, & ad hunc effectum rationes alias oppositas reasumpserunt, aliasque novas in adiumentum, & comprobationem antiquarum cumularunt, sed intentum conlequi non valuerunt, quippe quia animadvertentes DD. antiquas fuisse jam in Decisione sublatas, & novas tanquam nullius ferè momenti esse rejiciendas non dubitarunt in decisio persistere proposita hodie cautela super illis.

Cum enim finita linea tam masculina, quam feminina Jo. Baptistae, & Camillae Coniugum de Pandinis Haeredum institutorum, necnon linea Jo. Baptistae Macchiavelli prior loco substituta quae Michael de Pandinis Testator simpliciter, & absolute vocaverit duos Juvenes sorte extrahendos, utique defectus utriusque lineae factus dicitur locus perpetuae fideicommissariae substitutioni simpliciter in tali casu, ut supra ordinatae ad favorem Juvenum extrahendorum, & consequenter jure merito eidem propter omnium extremorum concursum ex remedio l. final. C. de edict. Div. Adr. tollend. immissio decreta fuit in decisione, quae confirmatur in §. 1.

Adversus huiusmodi fundamentum ad Reis conventus restituebatur, ut superius praemissum est, obiectio alias adducta, & in decisione sublata, quod nempe fideicommissum fuerit à Testatore injunctum, & ordinatum in eodumtaxat casu, quo Jo. Baptistae, & Camilla de Pandinis primo loco haeredes instituti ab ipsiis deficerent, quae conditio adimpleta eidem substituti Machia velum, in cuius ejusque lineae deficientia, Coniuges eligendos denique vocavit, quomodo defunctis primis Haeredibus superite Lucretia eorundem filia, sicuti expravit substitutio Machia velum per vulgarem in casu tantum obitus eorumdem absque filiis ordinata, ita & caducata remansit subsequens dd. Coniugum propter dependentiam, & mutuam coherentiam assumpti ab una, & eadem modo relata condicione, iuxta tradita per Modern. Forol. consulti. 81. n. 5. Canc. var. resol. lib. 1. c. 1. n. 169. & 165. Rot. dec. 486. n. 6. 7. par. 1. recent. dec. 210. n. 3. cor. Priolo, & in Pisanen. fideic. 12. Februarii 1683. cor. Rev. D. meo Albergo Decano.

Neque subsistere superadderebant independentiam substitutionis Coniugum extrahendorum à substitutione Macchiavelli, & à condicione deficientiae haeredum elicitam, tum ex diversitate quoad modum, & formam dispositionis tum ex diversitate quod personas in ea contentas, ut late dictum fuit in prima d. decisione §. independens autem cum seqq. quia modi, & formae diversitas excludi prius dicebatur in hac facti specie, dum in orationis initio, ex qua diversitas delinebatur apposita legitur dictio nam, quae uti orationis continuativa dispositionem aliquam de novo non inducit, sed ad praeteritum eodem themate eodemque ordine se refert ad Text. in leg. inter stipulantem §. 3. ff. de verb. oblig. Peregrin. consil. 57. num. 12. lib. 5. Barbol. d. 332. num. 5. & 2. & in magis proximis terminis, Altograd. conf. 60. n. 39. & seqq. lib. 1. Palma Jun. alleg. 19. n. 33. lib. 1. & Rot. dec. 159. num. 3. & seqq. par. 15. rec. ultra quod cum dictio supradicta de sui naturae ratiocinativa dicatur licet apposita inter duas orationes perfectas, & de per se completas, tamen semper habet coherentiam, seu dependentiam à praecedenti dicto, seu dispositione, à quo animatur, regulatur, & dicitur adeo ut stare de per se non possit, Altograd. conf. 79. n. 30. & 31. lib. 2. Palmi Jun. d. alleg. 19. nu. 17. usque ad 22. Card. de Luca de fideic. disp. 109. n. 7. Rot. dec. 300. n. 27. p. 1. rec.

Unde sublata diversitate substitutionis quoad modum, & formam nihil refert arguebat, diversitatem quoad personas in d. parte ratiocinativa vocatas, quia adiectio novarum personarum operari quidem valet, ut purificata superiorum conditionali dispositione etiam licet honorata censeantur, & ea evanescente propter praesentam dependentiam omnes subsquentes, & consecutive substitutiones expriment, nunquam tamen quod novum in eis fideicommissum efformetur, Cephal. conf. 544. Menoch. conf. 493. n. 1. vers. Decis. ad Trebit. de Luca. Vol. II.

respondetur, & conf. 878. numer. 36. Giovang. conf. 97. num. 2. 3. & 7. lib. 1. Altograd. conf. 60. nu. 39. lib. 1. Bertaz. conf. 69. num. 1. & sequentibus Fach. contr. Tur. lib. 10. cap. 19. per tot. & Carem. resolut. 120. n. 7. vers. modo nos versatur.

Et denique agebatur talium rationum pondus, animadvertendo, quod admissio contrario intellectu illico permaneret ingens absurdum, quod defunctis primis haeredibus cum filiis, istisque subinde mortuis Coniuges eligendi Testatoris nullatenus conjuncti, imo profus incongnitus succedere per fideicommissariam potentem exclusio Macchiavello, ejusque dependentibus Masculis Testatori praedictis, si supervixerint, ad quod evitandum congruam dispositionis interpretationem pro fideicommissariae substitutionis exclusionem tumendam esse asserent prout quoque censuit Rota in alia Bononien. fideicommissi de Ghiselli 24. Januarii 1687. §. praedicta coram Revere. 6. dissono Patre Domino Beravali.

Verum quidquid sit de veritate praemissorum in abstracto, quibus etiam congrue occurrit d. prime causae Decisio in praesenti facti hypothesei singula haec elidi DD. censuerunt ex contextura integrae dispositionis sedulo inspecta, & perpensa ex qua indubie desumitur in prima illius parte praedictae quidem Testatorum substitutionis initium favore Coniugum extrahendorum, sed non perfectioe ibi, eo vero decedente quodcumque sine filiis masculis substituit duos gerosos Coniuges, ut infra substituendos, & eligendos, & subinde verò adiciendo implementum quiddam ordinis, formae, & modi iuxta reservationem desuper factam ex alia dictione, ut infra substituendos, quae de sui natura ostendit substitutionem ipsam regulandam esse iuxta formam, & modum in inferiori, & subsequenter orationis parte insertum ad tradita per Menoch. conf. 66. numer. 9. & 71. Gratian. discept. 575. numer. 28. & alios cumulat per Barbol. ibi num. 10. complevit d. vocationem, seu substitutionem per illa verba, non finita linea, tam masculina, quam feminina Jo. Baptistae Pandini, ac Camillae Masculinae Jo. Baptistae Macchiavelli, tunc eo casu voluit, &c. extrahi unum masculum, & unam feminam &c. quare ad sensum patet, quod remanet ista posterior orationis pars, non merè ratiocinata, seu praecedentium continuativa, & ex superioribus regulanda, & interpretanda, prout in obiectis supponebatur, sed principiter dispositiva, informans, & declarans ex mente Testatoris totam dispositionem, adeo ut ad illius litteram, nedum propter obitum haeredum, cum filia fideicommissum non expravit, sed propter deficientiam lineae, cum Pandini, tum Macchiavelli, vindicent ibi locum Coniugum substitutio perpetua, & absolute ordinata, pro ut ultra late cumulat in decisione, quae revidetur sub §. enim quidquid dixit etiam Rota in dec. 233. n. 1. & 3. coram Carillo.

Quae fortius corroborari dixerunt, five quia non deficient fortes, & quidem urgentes conjecturae suadentes forsitan substitutionem intermediam Macchiavelli fuisse per fideicommissariam conceptam, quas late expandit Rota in Bononien. in ejus Voto decisivo in priori hujus Causae instantia edito, five quia etiam si obiecta diversitas dispositionis in dispositivam, & ratiocinativam adesse, adhuc, ubi ratio est amplior dicto ut in praesenti ex illarum ponderatione colligitur illum auget, & ampliat in tempore, rebus, & personis. & nunquam a dicto limitatur, aut restringitur, Surd. conf. 67. numer. 36. & 47. Ruin. conf. 89. sub numer. 21. lib. 2. & melius Altograd. conf. 45. numer. 16. & 17. lib. 1.

Nil refragantibus clausulis tunc eo casu, in ipsa parte inferiori substitutionis appositis, quae illam ad casum non existentiae filiorum de tempore obitus haeredum coarctare, & quemcumque alium casum excludere opponerentur ex Fusar. de substit. quest. 478. vers. prima tamen opinio, Rot. coram Royas dec. 87. numer. 10. Priol. dec. 110. num. 7. in rec. dec. 409. num. 6. part. 5. dec. 29. num. 6. & 7. par. 18. & in Pisanen. fideicommissi 12. Februarii 1685. §. nec adducto coram Reverendiss. D. meo Decano.

Quoniam praesentiam restrictionem tunc operari dumtaxat possent ad certum casum deficientiae primi Haereditis filii, quando substitutiones ad illius obitum restrictive appositae legerentur, in quibus terminis loquentur mox allegatae auctoritates, nunquam vero operari possunt in praesenti, ubi adiectae leguntur, non ad tempus dicitur.

deficientiae lineae illorum, & Machiavelli primo substituti hoc enim casu comprehendunt in tota sui latitudine omnem tempus quo lineae deficiatur, ut optime inquit Rot. in dec. 23. n. 5. coram Carrillo, idem namque est dicere defecta linea, ac deficientibus omnibus descendentes quandocumque, qui sub eius appellatione continentur, ut ponderat ad rem Francisc. Palm. consulti. 62. nu. 106. Bonden. collud. legal. 34. n. 86. & seqq., unde singulariter advertit quod alias nulla disparitas intercederet inter conditionem 12 si sine filiis, & illam deficientem linea, quod incongruum est dicere, Rot. cor. Seraphin. dec. 934. num. 8. & seq. & cor. Merlin. dec. 228. n. 19. & seq.

Nec denique turbat postremum obiectum deductum ab absurdo, quod potuisset dari casus admissionis Coniugum exclusis Machiavello, eisque deficientibus praedictis, si superesset, ut praedictum fuit, tum quia iniicitur supposito, quod Machiavellus per vulgarem fuerit substitutus, de quo adhuc valde dubitandum remanet, tum demum, quia ubi Testatoris voluntas certa, & literalis in praesenti est supra probatis apparet, inutile, & nullius roboris argumentum ab absurdo vitando DD. vocant, & sequitur nostrum Tribunal coram Cardinali Cero dec. 910. num. 27. & in recent. dec. 294. num. 11. par. 12. & saepe alibi.

Ab obiectis itaque vindicata fideicommissi existentia, nil relevat noviter allegatus defectus Matrimonii in sponso extraneos est Testatoris praecipio comprehendendi.

Etenim cum conditio haec a Testatore praescripta usque adhuc adimpleta non fuerit ex facto, & culpa reorum, qui bonorum fideicommissariorum immisionem per sponso petita accerrime se opposuerunt, cum sponsi ipsi se offerant paratos ad contrahendum Matrimonium statim finita huiusmodi lite conditio ipsa haberi debet pro impleta contra praesentes impedimentum, ad Text. in l. tertia ff. de constit. Card. de Luca de Usur. disc. 7. num. 12. Rot. coram Buratt. dec. 416. num. 4. & in Spoletana Hereditatis de Rinaldis 9. Maii 1681. eoque magis coram Revere. D. meo Damasceno.

Et in omnem casum Immissio hoc interim denegari non potest Commissariis, seu Executoribus Testamentariis, donec, & quoniam per verba de praesenti matrimonium sequatur, ut firmat praeterita huius Causae decisio in §. 4. in fin.

Neque plus demum mereatur attendi, quod vulnerata remaneret hic ex executiva per sententiam Vicarii Capitularis Bononiae in prima infantia prolata, Actoribus denegantem Immissionem, nam per hoc sublata non remanet altera via immisionem assequendi in Iudicio ordinario, ut post plures, Rot. in dec. 36. num. 12. cor. Du- noz. Jun. & admittit etiam in dec. 613. nu. 2. 3. cor. Card. Cero.

Et ita in reliquis approbandis fundamenta prioris decisionis utraque Parte accerrime informata resolutum fuit.

R. P. D. MUTO.

Bononien. Fideicommissi de Bedoris.

Vener. 24. Aprilis 1693.

ARGUMENTUM.

Agitur de eodem casu an resoluta prima substitutione alia subsequens caduca quoque remaneat & resolvitur cum eadem distinctione quae habetur in praecedentibus decisionibus, quod nempe si constet substitutionem subsequentem regulari a prima, quoties ista corrumpit, corrumpit quoque illa, secus si sit perfecta concepta & de per se stare possit.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia nullo in numero poni non debet.
- 2 Si facta fuerit suspensio petitori Iudex circa vitium nullitatis in eo pronunciat non debet.
- 3 Appellatio est quaedam suffragatio Iudicis a quo & sic Iudex ad quem habet tantum Jurisdictionem circa ea quae ille decreverat.
- 4 In Tribunalibus Urbis per appellationem a possessorio de-

- 5 rovisitur ad Iudicem ad quem etiam cognitio petitori.
- 6 Validitas semper praesumitur.
- 7 Sententia posterior debet revocare primam, alias corruunt.
- 8 Ad impen procedit si Iudex appellationem sententiam ferat ut secundus Iudex, non ut in prima.
- 9 Potest Iudex sententia prima revocationem omittit si illa notorie sit nulla.
- 10 Immissio debetur si purificata appareat & conditio sub qua apparet concepta vocatio.
- 11 Evanescenti substitutio si purificata non fuerit conditio.
- 12 Sola Testatoris spectari debet voluntas.
- 13 Subsequens substitutio debet a prima regulari.
- 14 Limitatus si de per se liquet fuisse perfectae conceptam & nulla adisi dictio repetitiva & nun. 15.
- 15 Quis debet propriam revocationem ex verbis Testamanti probare.
- 16 Si distinctae sint substitutiones de una ad alteram fieri extenso.
- 17 Expressio in uno casu vocatus non censetur in alio casu volens si Testator eum non scripserit.
- 18 Nulla consideratur implicitantia quod in diversis substitutionibus variis personae admittantur.
- 19 Correctio ita est abhorrenda ut potius verbis quelibet danda sit interpretatio quam correctio admittenda.
- 20 Dispositiones si compatibiles sicut ex una alia non censentur revocatae.
- 21 In re diversa & compatibili considerari non debet voluntatis correctio.
- 22 Subtilitates admittende non sunt ad evitandam claram Testatoris voluntatem.
- 23 In Iudicio Immissionis extraneae reputantur rationes & probationes aliorum requirentes indaginem.

DECISIO LXXV.

AD provocationem Ludovici, & Caroli Antonii de Bedoris Commissa mihi a signatura Iustitiae hac causa cum clausula Consilio de duabus propositi hodie dubium. An confet de duabus, sive potius sententia rotalis sit confirmanda, vel infirmanda, & negativae quoad primam dubii partem affirmativae vero quoad secundam DD. anuenerunt.

Siquidem licet Julia Catharina duas habeat sententias, sibi concedentes immisionem ad partem Domus, & praedictum legatum a Michaele Angelo eius patre Antonio filio naturali, in casu cuius obitus fuerunt vocatae filiae Testatoris, quarum superstes est d. Julia Catherina, unam scilicet ab A. C. & alteram ab hoc Sac. Tribunali, tamen prima, uti nulla nequit in computum admitti, nam illud quod nullum est nullum producit effectum, Rota dec. 172. nu. 7. par. 18. tom. 2. rec. & prius d. 748. n. 9. eadem par. 18.

Nullitas Iudicati A. C. clare resultat ex eo quod processerit ad definitionem petitori; non obtinente eiusdem Iudiciali suspensione cor. ipso facta per praedictos de Bedoris, 2 summo responsione pro ipsidem n. 2. qua stante sine vicio nullitatis non poterat Iudex in petitorio decernere, Posth. de manu. observ. 7. n. 12. Rota dec. 387. num. 12. par. 14. rec. & in Olorinacen. Jurisd. 19. Januarii proximi §. nec suffragatur cor. me & licet in dec. R. P. D. mei Hervault sub 27. Aprilis 1690. in hac causa, in qua fuit exclusa dispositio Aegidiana ob nullitatem d. Iudicis A. C. adduceretur etiam pro motivo d. nullitatis, quod idem A. C. nequerat in petitorio Iudicare, cum causa huiusmodi per appellationem illi devoluta fuerit in possessorio tantum, sique quod excessisset limites Jurisdictionis cum per Appellatorem id dicatur devolutum, quantum iudicatum.

Verum, ut consideravit unus ex DD. licet regulariter appellatio sit quaedam subrogatio Iudicis a quo, & sic Iudex ad quem habeat tantum Jurisdictionem circa ea, quae ille decernit, Bartholin. lib. 1. in fine num. 3. Cod. advers. liber. & plenè Rota dec. 21. numer. 10. cum segg. par. 12. 4 rec. Tamen id limitatur in tribunalibus Urbis, in quibus per appellationem in possessorio devolvitur tota causae cognitio, ut docuerunt Vestr. in praxi lib. 3. cap. 9. mon. 9. 11. & 12. & in terminis Tribunalis A. C. Saluti. Tibet. in praxi fol. 524. num. 8. Marchesani. de commiss. par. 1. §. 1. fol. 394. num. 181. Rota dec. 9. de sent. & re Jud. in antiquis, ubi si uterque Colligant fuerit eidem foro sub-

ro subiectus, & dec. 183. n. 7. par. 13. rec. ex qua limitatione videtur quoque firmata Jurisdictione huius Sacri Tribunalis in hac causa quoad didum petitorium.

Hinc devenientes DD. ad confirmationem sententiae rotalis, istam validam, & iustam cognoverunt, sique confirmandam duxerunt. Validitas ultra quod pro ipsa sit semper praesumendum Gl. in C. si post C. de Jur. & fact. ignor. satis clare resultat ex revocatione aliorum ad normam dec. 160. par. 2. cor. Caput. aqen. nec de defectu Jurisdictionis, ut dixi est dubitandum, & licet sententia rotalis, uti postior debuisset revocare primam nullam, alias etiam secunda vitio nullitatis subjaceret, Gloss. ult. Cap. intus Monasterium de sent. & re judic. ne detur sententia contra sententiam lib. 1. C. quando provoc. non est necess. Rot. dec. 60. nu. 1. & 2. ubi id procedere, Iudex appellationis sententia ferat, ut secundus Iudex, non uti in 1. par. 19. rec. & prius in dec. 706. num. 2. par. 18. tom. 2. rec. Tamen id etiam limitatur pluries, ut ubi, & praesic si prima sententia notorie fuerit nulla Rota dec. 370. n. 19. cor. Blich & dec. 92. n. 15. par. 19. rec.

Iustitia Iudicati rotalis elicitur ex lectura Codicillorum Michaelis Angeli, in quibus vocatio Juliae Catherinae ad Controversia Bona apparet. Ibi enim Testator titulo legati reliquit Antonio eius filio naturali dd. bona. Et in casu, che d. Antonio morisse, voglio le suddette mie figlie succedano in una terza parte per ciascheduna. Et pro alia tercia parte vocavit Innocentium ejus fratrem: Unde cum sequito obitu Antonii filia Julia Catherina ex substitutis supervivere, eidem videri danda immisio, cum jam purificata fuerit conditio, sub quam fuit vocata juxta Textum in leg. penult. ff. de impub. & alius substitutis Seraph. dec. 542. & dec. 269. utrobique num. 1. par. 5. rec. & fuit dictum in Citata par. dec. huius causae §. quo vero, & in secunda sub die 28. Januarii proximi. §. 1. coram R. P. D. meo Hervault.

Quae vocatio Juliae Catherinae non videtur restricta, ut supponat Rei ad solum casum obitus Antonii legatarii ante 25. annum, vel ante consecutionem Doctoratus sic hinc non verificatis substitutio evanescat, juxta Text. in l. 1. C. de Institut. & substitut. nam dictae conditiones aetatis, & doctoratus informant tantum tempus, cum Antonius Bona legata consequi debeatur, substitutionem vero filiorum Testator fecit sub sola conditione obitus dicti legatarii, ut supra constat; & sic in hac sola voluntate Testatoris est spectanda leg. ex causa §. nostrum ff. de hered. Institut. praesertim in dispositionibus conditionalibus l. ex conditionibus 15. d. gess. de Condit.

Non advertatur ponderatio, quod dicta substitutio filiarum, uti subsequens dispositionem debeat juxta hanc etiam regulari, quia cum substitutio perfecte reperitur concepta sub unica conditione obitus Antonii, nequit limitari, quidquid esset, si adesset aliqua relatio, vel nequiret conditio aetatis, vel Doctoratus aliam operationem facere, nisi informare substitutionem, ut dixit Rota in Romana fideicom. de Ruspolis 11. Maii 1688. Coram bon. mem. Rondinino & in aliis Confirmatoriis adductis in prima dec. huius Causae §. nec citatur relatio, namque tunc ad proxima supponi debet, quando dispositio non est in se perfecta, alias non debet recipere ab alio quod in se habet, ut plenè fuit dictum in Perusina Immissionis 10. Aprilis proximi §. Ita quoque cum segg. cor. me.

Minus subsistit praeterea vocatio DD. Ludovici, & Caroli, cum de illa ex personis propriis non adsit, quapropter cum substitutio de eis non loquatur, nequeant habere jus ad bona praefata, cum propriam vocationem probare debeant ex verbis substitutionis l. si quis in ff. de vulg. & pupillar. Gloss. in l. qui duos vers. superstes ff. de reb. dub. Mascard. de probat. cons. 3. conclus. 351. n. 9. Cyriac. contr. 576. n. 31. Rota dec. 433. n. 1. 2. coram Greg. XII. & dec. 358. n. 1. 2. par. 13. rec.

Nec ad indicendam vocationem valet consideratio, quod Innocentius praefatus, huiusque praedicti filii in illud Codicillis vocati fuerint ad hereditatem Antonii prout decedentis sine liberis, quia utique haec substitutio praefato modo concepta nequit alterare dispositionem, seu vocationem Innocentii tantum factam in casu obitus Antonii filii illa mentione filiorum ad bona eidem Antonio legata, quia cum distinctae sint substitutiones nequit de una ad alteram fieri extensio, Bart. in l. si jam §. hoc Iure §. su. ubi Paulus de Castro num. 7. ff. de vulg. & pupillar. Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

Roman. cons. 503. num. 2. Grat. de sept. for. cap. 738. numer. 1. & 19. Menoch. de praesumpt. 56. num. 13. lib. 4. Rota dec. 338. num. 2. coram Jan. mem. Gregor. XV. dec. 433. num. 5. ubi non comprehendi personas diversas, & nominatas dec. 424. num. 12. & dec. 168. num. 5. par. 2. ac dec. 633. num. 23. par. 18. tom. 2. rec. & in ad. desolitionibus huius causae.

Imò quod est considerandum ex discretiva vocatione facta filiorum Innocentii in secunda Institutione universali, & non expressa in illa ad bona legata potius excluditur vocatio praeterea, nam non debet tacite censeri vo- 18 catus in altero casu, si Testator expressè quem vocaverit in uno, & non in altero casu, quia utique si expressisset in utroque argumento, l. unica §. si autem C. de caduc. tollen. in & his terminis Rota lib. 7. dec. 433. num. 4. coram Greg. dec. 115. num. 18. & prius num. 17. non admitti tacitam vocationem, cum nulla addit implicitantia, quod in diversis substitutionibus variae quoque personae admittantur par. 13. rec. & in Romana, seu Cremonen. hereditatis 18. Aprilis 1687. §. ad exclusionem coram R. P. D. meo Benincasa.

Alias daretur instantanea correctio in dispositione praedicta si subsequens substitutio facta Innocentii, & eius liberorum Antonio intelligi deberet de bonis quoque legatis, in quibus specialiter substituta fuere sorores, & Innocentius, singuli pro tercia parte, quoque correctio in Iure ita abhorrenda est, ut potius quaelibet verbis dari debeat interpretatio ad eam vitandam ex lege non ad eam, ibique Glossa verò praesens in fine ff. de condit. & demonstr. c. intus dilectus §. in omnibus vers. ceterum. de fid. Instrum. Rota dec. 297. n. 3. 4. coram Greg. XV. dec. 671. n. 24. p. 18. & dec. 302. n. 13. par. 19. rec.

Idque procedit fortius, si admitti valeat compatibilitas secundae dispositionis, quia tunc haec non censetur revocasse primam ad leg. sedes posteriora ff. de legibus, nam voluntatis posterioris debet esse clarum Iudicium, ut sit ademptiva prioris, & detur ipsius correctio, Barbo. axiom. 230. num. 7. Fular. de substitut. quest. 620. numer. 14. & 15. Cardin. de Luc. de Iure patrum discurs. 21. num. 7. & de Testam. discurs. 69. num. 6. Buratt. dec. 620. num. 1. & 6. dec. 112. num. 10. par. 11. ubi mandari mutationem, nisi in expressis, & dec. 29. num. 26. par. 18. recent. quae compatibilitas utique consideratur in his substitutionibus diversis factis eidem Antonio, quia prima respicit bona legata, ad ea quae vocatae filio, & Innocentius absque expressione ulteriori liberorum, secunda vero complectitur totam hereditatem in casu contraventionis Innocentii haereditas Instituti proveniendam Dom. Antonio, in cuius deinde obitus casu sine filiis Testator vocavit D. Innocentium, huiusque descendentes, ut bene respondent praeteritae decisiones.

Prò quo dando intellectu non apponitur replicatio, quod cum Innocentius contraveniens privatus fuerit hereditate, ad quam in hoc casu vocaverit Testator Antoniam, nequeat considerari, voluisse statim D. Testator eundem Innocentium reintegrare, hunc substituendo ad eandem hereditatem post obitum, nam postquam disponens in penam contraventionis Innocentium pariter privaverit, non vocavit Antonium solum, sed etiam huius descendentes, in defectum cuius iterum substituit eundem Innocentium, ac huius descendentes, quod proinde egit, ne hereditas ad extraneos perveniret potius, Innocentium, Contravenientem huiusmodi lineam reintegrando, quam bona libera relinquendo, sique talis reintegratio non fuit instantanea; sed post evacuatum totam lineam Antonii, & ad favorem, nedum Innocentii, sed ejus posterorum, unde cum videretur in re diversa, & compatibilis, nequit considerari in voluntate instantanea correctio apposta, ut apud cit. Card. de Luca disc. 16. de Jur. patr. num. 5. & de test. disc. 69. n. 6. & 7. & alios supra citatos.

Tandem non subsistit obiectum quod Testator in sua hereditate primogenituram erexerit, & tamen fuisse vana, 23 quia ultra bona legata, ut supra est testatoris ad nihilum redigitur nam ultra quod id non est in actis probatum, sed tantum ex scripturis informibus, & non contentibus solum patrimonium Testatoris tempore sui obitus obiectum ulterius removerit, quia sufficit compatibilitas primogeniturae in aliqua re Testatoris, nec ad evitandam claram voluntatem disponens subtilizandum est, ut in his 24

terminis fideicommissi dixit Rot. dec. 164. n. 8. p. 18. rec. & eo magis id non obstat visum fuit, cum agatur in iudicio Immissionis, à quo extraneæ reputantur rationes, & probationes requirentes altiorum indaginem, quod pluries dixit Rota, ut in dec. 409. n. 2. & 3. & coram Card. Cero, & latè in Ferrar. fideicommissi 26. Januarii proximi §. hinc etiam commune.

Et ita utraque &c.

R. P. D. BENINCASA.

Interamnen. Fideicommissi.

Ventr. 15. Januarii 1694.

ARGUMENTUM.

Licet fideicommissorum extensio non admittatur, quoties tamen concurrat rationis identitas admitti testatur Cardin. de Luc. de Fideic. Diss. CXV. hinc etiam si Testator vocationem conceperit sub conditione quatenus Infructus filios non procrearet decidit in hac decisione substitutionem locum habere licet Infructus filios procreare non poterit ex quo matrimonialibus vinculis se divinci non curavit.

SUMMARIUM.

- 1 Conditio negativa non faciendo figliuoli tanquam generaliter & indefinite concepta omnes casus indistinctè complectitur in quibus contingat Gravatum abque prole decedere & n. 9.
2 Conditio omnes purificatus intelliguntur nedum in casu quem literaliter præferunt verum etiam in alio ad quem ex conjecturata mente disponentium fieri valet extensio.
3 Gravatus in casu Proli non susceptæ similiter gravatus dicitur in casu servatæ celsitudinis amplia ut n. 5.
4 Testamentum revocatum potest deservire pro elicienda voluntate Testatoris.
5 Conditio repetitur in Jure cessat quoties id non expostat vel identitatis ratio, vel dictio aliqua conjunctiva.
6 Substitutiones rectæ & regulatæ à propriis verbis absolutum & perfectum sensum constituentibus nullam inter se dicuntur habere dependentiam.
7 Difficilis admittitur conditionum repetitio si substitutio ab altera sit separata.
8 Quando militat diversa ratio in uno ac in alio casu etiam per adversariam conceptio, conditio expressa in primo non est in altero repetenda.
9 Stante diversitate rationis nunquam faciendâ est conditionum repetitio.

DECISIO LXXVI.

Respondendum Domini concedendam esse Gasparo de Jocosif petitam Immissionem ex remedio l. fin. Cod. de edit. Div. Adrian. tollent. vigore fideicommissi ordinati per Lucam de Donatis, & illius favore purificati.

Existentia liquidem fideicommissi concludenter resultare visa est ex lectura Testamenti, in quo Lucas hæredè universalis instituit Paula Setacci ejus uxore ulterius disposuit. (Che rimaritando, & havendo figliuoli il primogenito si chiami di Casa Donati, e così in infinito, non facendo figliuoli li Signori Giosefi di sopra nominati succedano) exinde enim probata remanet purificatio favore illorum de Jocosif, qui simpliciter substituti leguntur in casu obitus Paulæ abque filiis. Conditiò namque negativa Non faciendo figli, tanquam generaliter, ac indefinite concepta omnes casus indistinctè complectitur, in quibus contingit Paulam abque prole decessisse, ut in terminis respondit Rota dec. 156. num. 6. & seq. dec. 172. num. 1. & seq. coram Pamphil.

Ea potissimum ratione urgente, quod si generalis est juris præsumptio conditiones omnes purificatas intelligi, nedum in casu, quem literaliter præferunt, verum etiam in alio, ad quem ex conjecturata mente disponentium fieri valet extensio ad Text. in l. Cum servus 81. ff. de con-

dit. & demonstr. Ruin. cons. 93. n. 22. propè fin. vers. Solo vit est respond. lib. 2. Rota dec. 10. n. 8. par. & in fortioribus terminis dec. 226. n. 7. par. 16. rec. Sanè in præfenti hypothefi specialis id comprobatur, cum nulla dispar ratio assignari valet, quare voluerit Testator Jocosif succedere in casu, quo Paula nullos filios enteretur, illos verò excluderet, quatenus hoc eveniret ipsa manente in viduitatis statu. Ex identitate siquidem rationis, que in utroque casu concurrat substitutus semper admitti debet, & perinde habetur, ac si hæres gravata in casu proli non susceptæ, similiter gravata esset, quatenus etiam vidua permansisset, ut explicando Text. in l. fin. C. de posthum. hæred. instit. consultit Alexand. cons. 100. per tot. l. 4. Simon. de Præc. interpret. ult. voluit. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. solut. 14. n. 15. Negufan. jun. resp. 258. n. 11. latè Altogr. cons. 76. n. 28. & 42. lib. 1. Rota dec. 226. n. 7. par. 16. rec. cor. Pamphil. dec. 156. n. 10. & dec. 172. n. 9.

Corroborantur præmissa eo, quod Testator in præcedenti elogio aliud simile fideicommissum pro Jocosif ordinavit, quod licet post modici temporis intervallum revocaverit, optimè tamen deservit pro eliminanda voluntatis mutatione in præjudicium illorum, in quos paulò antè demonstrata fuerat uniformis disponentis affectio. Cravett. conf. 166. sub n. 7. vers. Sed tamen in casu nostro Moder. Luc. de success. in primogen. & majorat. Ital. par. 3. dec. 16. n. 39. cor. Cero. dec. 82. n. 9. 10. & in Romana Primogeniti. de Maximis sub die 17. Februarii 1690. §. fin. cor. int.

His ita firmatis irrelevantes penitus impæruerunt exceptiones propostæ ab Informantibus pro hæredè Paulæ; Prima nempe ex eo deducta, quod substitutio ordinata favore primogeniti concepta fuerit sub duplici conditione, ibi (rimaritando, & havendo figli) ac pròinde sub eadem duplici conditione intelligenda veniat substitutio immediate sequens (Non faciendo figli) corruit animadvertendo, quod transitus ad secunda vota fuit à Testatore adjectus tanquam legitimus, & necessarius antecedens ad suspensionem sobolis in eadem substitutione vocatæ, non verò consideratus ad regulandam alteram substitutionem fratrum de Jocosif, cum quilibet conditionum repetitio in jure cesset, quoties id non expostat, vel identitatis ratio, vel dictio aliqua conjunctiva, que tamen nulla in hac substitutione legitur adjecta juxta theor. Bald. de qua in cons. 153. n. 2. lib. 5. Mantie. de consuetud. ult. voluit. lib. 10. tit. 6. numer. 15. Castill. controver. jur. lib. 2. cap. 4. num. 94. & seq. Fular. de substit. quest. 403. num. 21. & plene decitum fuit in Melvotiana Fideicommissi §. Nam ut in casu, & latius in confirmatoria 3. Anni 1690. §. sed his minimè refragantibus, cum seq. coram Reverendiss. Tyrone.

Idemque procedit non obstantè præfentia coherentia primæ substitutionis cum altera, ad evitandum enim illarum connexitatem ponderabant Domini, quod ambæ substitutiones ut rectæ, & regulatæ à propriis verbis absolutum, & perfectum earum sensum constituentibus nullam invicem legalem habent dependentiam, sed unaquæque de per se subsistit per modum separatæ orationis, quo casu difficilissimè admittitur conditionum repetitio, Castill. contr. jur. l. 2. c. 4. n. 131. & seq. Rota dec. 172. nu. 5. par. 14. & dec. 381. n. 12. & dec. 633. num. 24. & seq. par. 18. rec. & in Tuderina Fideicom. 27. Aprilis proxime præteriti §. Nec obstat, cor. Rev. D. meo Emeris Decano.

Minus obstat altera exceptio, quod scilicet secunda substitutio. Non faciendo figli, li Signori Giosefi di sopra nominati succedano, utpotè carens nomine gravatæ, que filios debebat procreare, sit necessario supplenda ex repetitione nominis Paulæ cum iidem qualitatibus, & conditionibus in antecedenti substitutione specificatis.

Placuit quippè responso, quod licet dicta conditio sit referibilis ad nomen Paulæ præcedenter expressum, id autem in nihilo alteret illius verificationem in substitutione omnino diversâ, & separata, que tanquam negativè concepta nullam propterea casum regulariter excipit, ut omnis generalibus, de quibus Rota dec. 175. n. 3. par. 13. rec. in his terminis dictum fuit in d. dec. 226. n. 6. & seq. p. 19. & in dec. 156. n. 10. cor. Pamphil.

Non suffragantur replicacione, quod saltem hujusmodi citata conditionum repetitio induci valeat ab adversaria, quæ inter unam, & alteram substitutionem intercedere præteritur; Animadvertum quippè fuit, quod in priori substitutione Primogeniti ex Paula nascitur matrimonium erat

necessario supponendum ob naturam ipsius actus, eoque non interveniente dispositio effectum fortiri non poterat, secus verò in posteriori, ubi consulto illius expressio omiffa fuit cum etiam abque nuptiis (permanente scilicet Paulæ in viduitate) dispositio erit verificabilis, quando autem militat diversa ratio in uno, ac in alio casu etiam per adversariam conceptio, conditio expressa in primo non est in altero repetenda, Dec. cons. 376. sub num. 7. vers. Tertio obstat Alex. cons. 60. col. 2. lib. 2. Rota coram Baratt. dec. 863. nu. 9. & generaliter, quod stante diversitate rationis nunquam sit faciendâ repetitio, tradunt Castill. contr. jur. lib. 2. c. 4. nu. 94. & seq. Rota in præcitata Melvotiana Fideicommissi 3. Junii 1699. sub n. 9. in quo pariter, cum seq. cor. Rev. Tyrone. & in d. Tuderina Fideicommissi 27. Aprilis proxime præteriti §. Nec obstat, vers. Tum etiam, quia cor. Rev. Decano.

Et ita omiffa disputatio circa alia extrema in hoc iudicio necessaria, quorum verificationem ultra partes admittentibus resolutum fuit utraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Interamnen. Fideicommissi.

Mercurii 5. Maii 1690.

ARGUMENTUM.

Ea que in præcedenti decisione firmantur hic laudata dignoscuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Fideicommissio vocatus debet immissioni remedio succurrere.
2 Substitutio sub duplici conditione concepta per purificationem unius locum habere non debet.
3 Dispositiones diversæ separatæ sunt accipiendæ.
4 Substitutio facta sub conditione (non faciendo figliuoli) complectitur etiam casum non sequenti matrimonio licet Testator in substitutione dixerit (maritando, & non faciendo figliuoli) & n. 5. & 11.
5 Uxor honorata etiam in casu transitus ad secundas nuptias nullò magis dicendum est honoratâ sibi vitam vidualem servaverit.
6 Non est bona illatio que fit Testamentis vocato.
7 Præbet tamen magnum administratum Testamentum revocatum ad arguendam Testatoris voluntatem præcipue in ea parte in qua videtur constans voluntas Testatoris.
8 Hæres simpliciter institutus cum prohibitione alienationis habetur ac si esset usufructuarius.
9 Testamentum revocatum valet ad indicandam Testatoris voluntatem.

DECISIO LXXVII.

Prævia decisione edita cor. bon. mem. Benincasa sub die 15. Januarii proxime præteriti, concessa fuerat Immissio Gasparo, & aliis de Jocosif, hodie subrogatus in locum defuncti Collegæ dedit dubium: an esset standum, vel recedendum a decis. & DD. responderunt pro confirmatione decisionis; quia satis refulserat visa est purificatio Fideicommissi ad illorum favorem, cum reperiantur vocati in casu obitus Paulæ sine filiis, & ibi non faciendo figliuoli, li Signori Giosefi di sopra nominati succedano, ideòque Juxta non potest retardare remedium à lege eidem concessum per Text. in l. fin. C. de edit. Div. Adr. collen.

Unicum, quamvis pluribus exoratum ponderationibus in hæc causa obijci consuebat, quod talis substitutio non fuit facta sub unica, sed potius sub duplici conditione concepta; ita ut illa penderet, non minus à præsuppositis secundis nuptiis Paulæ, quam à deficientia filiorum, ita suadentibus illis verbis, ibi: che rimaritando, & havendo figliuoli, il Primogenito si chiami di Casa Donati, e così in infinito, non faciendo figliuoli, li Signori Giosefi soprannominati succedano. Cumque utraque conditio reperitur in eadem oratione contenta, necessarium erat, quod ambo verificarentur; ideòque illa verba, che rimaritando, & havendo figliuoli, non faciendo figliuoli, ita ut illa verba, Dec. ad Teatr. de Luca. Vol. 11.

niant intelligenda, ac si dictum fuisset, rimaritando, & non faciendo figliuoli, quia aliàs hæc posterior pars nisi conjungeretur cum prima, remaneret imperfecta; undè cum Paula vitam vidualem servaverit usquequo vixit, exinde inferrebat, quod non adimpleta utraque conditione non fuisset purificatum fideicommissum.

Scribentes tamen pro Jocosif asserabant istas esse duas perfectas dispositiones, comprehendentes diversas personas, & propterea etiam esse separatæ accipiendas; & cum prima conditio binubus non eveniret, satis esse dicebant fuisse verificatam secundam defectus filiorum, in favore illorum de Jocosif diceretur purificata substitutio, juxta firmata in Tuderina Fideicommissi 15. Februarii proxime præteriti coram Rev. D. Decano.

Verum DD. meliorem crediderunt sensum decisionis, quæ revidetur, quod scilicet illud verbum rimaritando non fecit conditionaliter, sed demonstrative ad qualificandam scilicet qualitatem Primogeniti ut ita in hereditate Testatoris non quilibet Primogenitus Paulæ, sed tantum ille, qui ex iustis nuptiis natus fuisset, succedere deberet; cumque in secunda parte talis circumstantia tanquam non necessaria fuerit per Testatorem omiffa, neque etiam venit supponenda; imò dum Testator per negativam absolutam disposuit non faciendo figliuoli, dicendum est noluisse se limitare ad solum casum matrimonii, cum ea sit virtus negativæ, ut semper, & in quocumque casu implementum exigat, ut inquit Cast. in l. Pater Scævrum ff. de cond. & demonstr. Altograd. cons. 76. n. 4. lib. 1. Surd. dec. 37. nu. 17. vers. in casu autem nostro cum aliis alleg. in dec. quæ, 4. revidetur §. ea potissimum ratione.

Et auget pondus huic intellectui præsumpta voluntas Testatoris, qui principaliter consideravit, vel Primogenitum Paulæ, vel in illius defectum suos nepotes; matrimonium verò fuit præsuppositum, tanquam medium ad obtinendam protectionem Primogeniti; quia in casu quo illud non fuisset contractum, Testator nihil disposuit, & tamen verisimile non est, si illud fuisset principaliter contemplatum, quod de eo etiam specialiter non disposuisset, ne talem suam dispositionem imperfectam relinquere, idèquè dum voluit solum præponere Primogenitum substitutum, debet habere locum substitutio ex quoquam capite proveniat illius non natiuitas; ut ita effectum sortiarit verisimilis Testatoris, Negant. resp. fœc. quest. 258. n. 11. & in simili Curt. Jun. cons. 83. n. 6. latè Altograd. d. cons. 76. n. 8. lib. 1. Surd. d. dec. 37. n. 18.

Nec dicatur, quod si Marius honoravit uxorem, illam hæredem relinquendo in omnibus suis bonis, etiam si tranfret ad secundas nuptias, multò magis dicendum est illam honorare voluisse, si vitam vidualem servasset, idèquè ex majoritate rationis arguendum erat, quod etiam in tali casu ei censebatur relicta integra hereditas.

Verum tale obiectum removeri visum fuit non minus ex primo, quam ex secundo testamento, & quamvis ex actu revocato non bene inferatur de uno ad alterum, cum certa sit mutatio voluntatis, tamen non modicum administratum desumitur præcipue ex ea parte, in qua videtur constans voluntas Testatoris, prout in casu, de quo agitur. In præcedenti enim dispositione hæredem usufructuariam instituerat Paulam uxorem, in proprietate verò Jocosif Nepotes; in præfenti verò tantum prædixit Primogenitum Paulæ, eumque prætulit suis Nepotibus, de cætero semper voluit, quod unus, aut alter eisdem succederet, & quamvis in ista secunda dispositione uxor reperitur instituta simpliciter hæres, & non usufructuaria, tamen attenda alienationis prohibitioni illi expressè imposita, idem est, ac si hæres usufructuaria relicta fuisset, & propterea juxta præfentis facti circumstantias, una dispositio bene deservire potest ad alterius interpretationem ad tradit. per Spad. cons. 384. n. 17. lib. 2. Rot. cor. Arguelli. dec. 11. nu. 7. cum seq. & dec. 49. num. 10. & in rec. dec. 94. num. 3. par. 9. & dec. 149. nu. 21. par. 16. & ad summum illatio deducta à Scribentibus pro hæredè Paulæ procedere posset, si maritus abhorruisset secundas nuptias, & nihilominus uxorem instituisset heredem usufructuariam, desumendo argumentum à minori ad majus; sed quando uxorem ad illas invitavit, vocando illius Primogenitum, dicendum non est, Testatorem magis exoptasse, quod remaneret in nuptia, eique propterea constituisse majus præmium, illam hæredem liberam relinquendo; quia hoc argumentum ita deductum esset contra expressam litteram Testamenti.

Neque obstat huic presumpcæ Testatoris voluntati præsuppositio Matrimonii ex illis verbis elicta non faciendo figliuoli, quæ denotare videtur possibilitatem procreandi filios, quæ ex solo matrimonio in muliere honesta provenire potest, & inter istas duas conditiones magna intercedat differentia, dicendum proinde venit, Testatorem consulto adhibuisse illa verba non faciendo figliuolus ad exclusionem alterius conditionis, si sine filiis, quia, ut superius insinuavimus hæc conditio fuit negativè concepta, ut ita comprehenderet utrumque casum, & propterea nihil refert, quod illa verba non faciendo figliuoli sint magis accommodabilia statui conjugali, quia satis est non fuisse procreatos filios, vel quia Paula non potuit, vel quia noluit, ut semper dicatur verificata illa conditio negativa non natiuitatis filiorum, ut observant auctoritates supra laudatæ.

Firmato, quod verbum illud rimaritando non fiet conditionaliter, sed tantum præsuppositivè, cessant omnia argumenta ex adversum cum tali supposito deducta, neque erit amplius examinandum, an utrumque substitutionum pars sit perfecta, & de per se stare possit, an verò sint inter se conjungendæ; ita ut illud verbum rimaritando contineri dicatur in qualibet earum parte, vel per viam repetitionis, seu interpretationis, quia hæc omnia submoventur ex dec. 15. & 172. coram Pamphilo. Ibi enim, quia matrimonium non fuerat positum in conditione, dictum fuit, deficientiam filiorum facti verificari ex quacumque causa, si ve quia heres noluerit, si ve non poterit. Et ita utraque &c.

R. P. D. M U T O.

Interamnen. Fideicommissi.

Vener. 4. Februarii 1695.

A R G U M E N T U M.

Quæ in duabus decisionibus superius appositæ firmantur hic adnotata quoque reperiuntur.

S U M M A R I U M.

- 1. Inmissio optimo jure conceditur fideicommissario, si de fideicommissio, illius purificatione & bonorum identitate constat.
2. Substitutio concepta sub conditione -- non faciendo figliuoli -- locum obtinet etiam in casu quo filii non procreantur ob non sequutas nuptias & n. 4. 7. & 9.
3. Amplia & si Testator apposerit verba e rimaritando & num. 10.
4. Repetitio conditionis excluditur si substitutio sit de per se perfecta & nullam coherentiam cum alia retineat.
5. Illatio ad veritatem constat si diversitas ad sit rationis.
6. Repetitio conditionis semper exclusa censetur si rationis diversitas concurrat.
7. Voluntas licet ex actu immutato desumpta bene tamen deservit ad illius declarationem.
8. Non desunt Viri qui melius perpensa humanarum rerum vicissitudine & juvenilis ætate Uxorum superstitium easdem ad secundas nuptias invitam.

D E C I S I O LXXVIII.

Lucas de Donatis anno 1695. duo condidit Testamenta, in altero, quorum sibi heredem usufructuariam scripsit Paulam Setacciam Uxorem, & proprietariam Jo: Andream, & Gasparum, de Jocosis cum onere unum ipsorum, ut nuberet, & Filius Masculus Primogenitus, deinde orturus, nomen, & Arma Testatoris assumeret, absque alterius mixtura, sub caducitatis pena: Et in altero post duos successivè mentes confecto, heredem universalem instituit eandem Paulam cum substitutione ipsorum de Jocosis per hæc verba: Instituisse herede universalem la Signora Paula Setacci al presente sua Moglie, con patto, che rimaritando, & havendo figliuoli, il Primogenito schiamò di Casa Donati, e così in infinito, non faciendo figliuoli li Signori Gioiosi di sopra nominati succedino. Desun-

do Luca Testatore, Paula hæres instituta meliorem eligens vitæ statum in Viduitate semper permansit, & cum decesserit de anno 1688. relicta sibi herede Magdalena sorore, Gaspar de Jocosis superles vocatus ad fideicommissum memorati Lucae Judicium immisionis instituit in vim leg. final. C. de edict. D. Adrian. solen. contra Canonicum Aurelium Vitium olim d. Magdalena Virum, & heredem, bonorumque fideicommissarium possessorem, atque prævis geminis Decisionibus editis, altera cor. bon. mem. Benincasa die 15. Januarii superioris anni, & altera die 5. Maii subsequentis cor. R. P. D. meo Priolo subrogato, sententiam favorabilem in Tribunali nostro reportavit, quam hodie Domini confirmandam censuerunt, cum respectu ejus validitatis nulla emerisset controversia, & Justitia effulgat ex præcitatis Decisionibus. Si quidem concurrunt præexistencia fideicommissi, ejusque purificatio in personam Actoris, unde non controversa bonorum identitate, valido jure concedi fuit immisso, ex firmatis per Rotam in Ferrar. Fideic. 13. Maii 1689. §. r. coram Rev. Domino meo Decano & in Atentionem, seu Falcone Primogeniti. 28. Januarii. per eversit. §. Validitas namque coram me.

Abque eo quod Adoris vocatio, super qua totum contentions pondus reductum fuit, iterum impugnari valeat, dum illa clarè resultat ex prænotatis verbis postremi Testatoris elogii, ubi Jocosii simpliciter substituti leguntur in casum obitus Paulæ primæ hæredis absque filiis, ibi: Non faciendo figliuoli, li Signori Gioiosi di sopra nominati succedino, cujus quidem generalis, & indefinita substitutio casus obvenit, nam Paula nequæ decessit absque filiis, prout unice substituto requirit, sed necesse illos concepti, minisque ad secunda vota convolvavit, ut in hoc casu vocatio videatur litteralis, & substitutio purificata remaneat, juxta bene ponderata in his terminis per Rot. coram Jan. mem. Innoc. X. dec. 156. num. 6. & seqq. & dec. 172. non. 1. cum seqq.

Non subsistente responsione, quod fideicommissi conditor in hoc secunda substitutionis casu Jocosos sub duplici conditione pariter ad successorem invitaverit, nempe si d. Paula denuo nuberet, & si filios non susciperet, ob coherentiam cum priori substitutione favore Primogeniti ipsius Paulæ concepta, ubi nupte positæ fuerunt in conditione, ibi: con patto, che rimaritando, adeo ut utriusque conditionis adimplementum hæc secunda substitutio requiratur: Quandoquidem iterum animadvertendum DD. quod secundæ nuptiæ in Paula per Testatorem consideratæ, aut solummodo fuerunt appositæ per viam necessariæ præsuppositi, seu mediæ ad obtinendam procreationem Primogeniti ex Paula orturi, juxta Text. Authen. Res que in fin. C. Communia de legatis. Rot. in rec. dec. 312. nu. 5. par. 6. dec. 245. n. 17. par. 8. & dec. 339. n. 9. & 10. Non autem per viam conditionis necessariæ adimplementæ, ut ponderat utraque Decisio superioris instantiæ, prima nempe cor. bon. mem. Benincasa §. His ita firmatis, & secunda R. P. D. mei Prioli §. Verum Domini.

Aut verò saltem illarum prætenfa conditio qualicaret primam substitutionem Primogeniti Paulæ, non autem subsequentem separatam favore illorum de Jocosis, in qua nuptiæ nulli contemplatæ inspicuntur, cum simpliciter Jocosii substituti legantur in eventum deficientiæ filiorum sub generali, & illimitata negativa concepta, ibi: Non faciendo figliuoli, cujus generalis negativæ natura attentata, uterque casus deficientiæ filiorum videtur comprehensus, tam si Paula ad secundas nuptias transisset, illoq; per accidens non suscipisset, quam si viduitatem servando, prout fecit, illos necessario non procreasset, cum satis sit, quod natiuitas ex quocumque capite non proveniat, ex animadversis per Altograd. conf. 76. n. 28. lib. 1. Surd. d. dec. 37. n. 18.

Replicacione minime attentata, præsuppositam nuptiarum conditionem in præcedenti substitutione adjectam censeri eadem conjunctiva didit, quæ aliquam coherentiam inter unam, & alteram ostendat, eandemque repetitionem suadeat, sed utraqueque substitutio regitur à proprio verbo, suæque oratione, ac sensu perfecto potitur, quo casu repetitio profus excluditur, cum essent illius extrema, Rot. in Melitana Fideicommissi 21. Aprilis, & 3. Julii 1690. coram Reverendis. Turon. & in Tudertina Fideicommissi 27. Aprilis 1693. §. Nec obstat usum fuit & 15. Febru. 1694. §. Non obstat coram Reverendis. D. meo Decano. Non obstante asserta ad veritatem inter unam, & alteram substitutionem, cum patens inter eas veretur ratibus discrepantia, nam

nam in prima eatenus facta fuit nuptiarum mentio, tanquam medium ad obtinendum Primogenitum Paulæ, secus in postrema, in qua nedum repetita non extitit, sed potius contentum omnia, tanquam non cessata, quia enim diversitate rationis stante, profus cessat ad veritatem illatio, atque excluditur repetitio, ut latius advertitur in dec. bon. mem. Benincasa, §. fin. ubi concordant.

Sicuti neque urget, quod conditio, sub qua Jocosii vocantur, concepta fuerit per verba: Non faciendo figliuoli, præsuppositiva Matrimonii, & diversa ab alibi obitus sine filiis, illud necessario non inferentibus, etenim per se sit semper eadem responsio, quod d. verba verificentur etiam nuptiis non contrahitis, cum in statu celibatus filii non generentur, & qui nubit per accidens sine filiis moritur, qui autem non nubit necessario absque illis decedit; Prout etiam in nihilo fringit suppositum, quod si Paula nupsisset, & procreasset filium, qui ante ipsam obiret, Jocosii remanens exclusi, nam quidvis sit de illius substantia, ex quo testator Paulæ substituit ejus Primogenitum, istique omnes alios Primogenitos, in infinitum, non concludit repetitionem nuptiarum etiam si fecerit casu substitutionis inducitur ob defectum filiorum; sub quo vocari leguntur Jocosii, cum verificetur, etiam si Paula nuptias non contraxerit, ob generalitatem conditionis univocæ ex casibus adaptabilis ex superius firmatis.

Idque clarius animadvertendum, quod nuptiæ per Testatorem in priori substitutione consideratæ fuerunt tanquam medium pro ducivum Primogeniti, qui sine illis legitime procreari non potuisset, quæ sane ratio non videtur adaptabilis in secundo casu substitutionis generalis, & amplius deficientiæ filiorum, tanquam adversantis intento, & fini nuptiarum, seu Matrimonii, quod minime demandatur, seu contrahitur ad effectum filios non habendi, ut stante hac ratione diversitate talis impropositæ conditionis repetitio semper exclusa censetur ex concessis per Rot. in d. Tudertina Fideic. 27. Aprilis 1693. eodem §. Non obstante, & 14. Febru. 1694. §. Non obstat cor. Rev. D. meo Decano.

Cessatq; difficultas ex versimili mente Testatoris, quem præsumi debet Jocosos ad succedendum invitasse, tam si Paula nuptias contraheret, quam si in viduitate permanceret, cum in utroque casu verificetur defectus filiorum, sub qua secunda substitutio concepta habetur, & nulla congruè assignari potest dispar ratio, cur fideicommissi conditor potius Jocosos vocaverit in casum dumtaxat, quo Paula nubens absque filiis decederet, non autem in eventum, quo in celibatu maneret, ut ex hæc versimili mente Testatoris similis vocatio inducatur etiam per viam extensivam dispositionis, ad Text. in l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posthum. & prout bene observant d. dec. 156. n. 10. & 172. n. 6. cor. Jan. mem. Innoc. X.

Minime resistendum qualitate conditionis voluntariæ, quæ præcipuum adimplementum exigit, & verbis: Con patto, che rimaritando, prohibitis extensionis, tum quia hæc omnia restringuntur inter cancellos primæ substitutionis, tum deinde quia nunquam impedita remanet extensio que sit ex præsumpta, seu conjecturata voluntate Testatoris, ut cum aliis Surd. conf. 236. nu. 46. Rota cor. Jan. mem. Innocentio X. d. dec. 156. n. 15. & dec. 172. n. 5. cum seqq. ibique Adde. n. 15. pariter cum seqq. Ponderata maxime voluntate Desunt in præcedenti elogio patefacta, in quo Jocosos hæredes proprietarios, & fideicommissarios instituerat, hæc enim voluntas licet ex actu immutato desumpta, bene tamen deservit ad illius declarationem, ut ait Rot. in Romana Primogenitura de Maximis 17. Februarii 1690. §. fin. cor. bon. mem. Benincasa & in Romana Testamenti 15. Februarii 1694. §. De tempore squidem coram me.

Demum animadvertendum non meretur allegatū absurdum, quod restator per illimitatam substitutionem Jocosorum plus gravasset Uxorem vitam vidualem servantem, quam secundo nubentem, contra naturam, & communi virorum premiorumque vorum, nam alium non desunt Viri, qui melius perpensa humanarum rerum vicissitudine, & juvenili ætate Uxorum superstitium easdem ad secundas nuptias invitant, prout fecit controversè fideicom. conditor, qui positive invitavit conjugem suam ad contrahendas secundas nuptias renovata ipsius, & familie memoria in Primogenito ex illis nascituro, ob onus assumptionis nominis, & cognominis ipsius Testatoris in junctum cum emolumentum totius hæreditatis, ut exinde cum Testator non abhorruisset secundas nuptias, led potius ad illas Uxorem invitasset, ad Theat. de Luca. Vb. II.

taffer, nullum potest considerare absurdum, ut observat Decisio R. P. D. mei Prioli §. Nec dicatur cum seq. Præterquam quod cum casus substitutionis evenit ob deficientiam filiorum Paulæ censetur substituti ex voluntate Testatoris vocati, ut nullum proinde notari valeat absurdum. Et ita utraque &c.

R. P. D. U R S I N O.

Perusina Immissionis.

Merc. 27. Februarii 1692.

A R G U M E N T U M.

Distinctionem allatam per Card. de Luca de Fideic. Dist. CXVII. comprobat hæc decisio quod nempe referens non sit attendendum, sed relatum si verba sint merè suppositiva, & relativa, secus si sint certa & determinata & de per se disponant, cum tunc five relatum inveniantur five non & si ve sit conforme cum referente five difforme, referens non relatum est attendendum.

S U M M A R I U M.

- 1. Fideicommissario debetur immisso in vim l. fin. C. de edict. Div. Adr. tollen.
2. Actum in vim salvandi interditi, licet agatur de fideicommissi conditio in contractu si pro observantia illius reperitur commutatis obligatio.
3. Substitutio facta desiciente successione vel linea importat onus restitutionis fideicommissi perinde ac si Testator ultimum ex successione, vel linea gravasset ad faciendam ei restitutionem.
4. In discordia relati & referentis attendi potius debet relatus.
5. Hæc tamen conclusio admittitur quoties verba non sunt dispositiva & præter se, sed suppositiva, scilicet si dispositio referens sit certa & determinata tam ratione Personæ quam ratione rei, temporis & casus & verba sint præter esse, quia tunc attenditur referens sine relatione contrarium non invenitur, si ve etiam relatum invenitur, & sit contrarium & n. 6. & 7.
6. Relatio semper censetur facta ad ea que sunt compatibilia cum dispositione referente, non autem ad alia que sunt involvem contradictoria.
7. Quo casu appellacione successorum non veniant successores extranei.
8. Dicitur (ut supra) dispositio restringit ad superius disposita.
9. Verba (successo sua seu successio propria) æquipollent posteritati, & sibi, idemque significant.
10. Una pars dispositionis aliam declarat.
11. Ex donatione facta intuitu & contemplatione matrimonii oritur Jus favore Uxoris.
12. Limitatur quoties hujusmodi Jus destruitur a conditionibus appositis dummodo hæc appositæ sint non ex intervallo, sed in ipsa donatione.
13. Bona donata non dicuntur amplius esse in hereditate Donantis & propria si contrahens hereditatem restitui mandaverit illa sub hac dispositione non comprehenduntur sed tantum bona reverentia.
14. Limitatur quoties ex toto contentu dispositionis constat dispositionem intellexisse non de formali, & propria hereditate sed de materiali, & impropria.
15. Omnis possibilis interpretatio est facienda ad verba non remaneant frustratoria, & dispositio inutilis.

D E C I S I O LXXIX.

Bartholomeus de Cinis prole carens, & in dispositione rerum suarum variis, & commutabilis plura condidit Testamenta, & Codicillos, in quorum postremo solemniter rogato sub die 18. Februarii 1681. relicto usufructu totius hæreditatis Severo de Severis ejus Cognato, donec naturaliter viveret, Primogenituram perpetuam instituit ad favorem Federici Pucci extranei, ejusque descendendum, quibus deficientibus substituit Vincentium dicti Federici fratrem, illiusque pariter descendentes cum eodem ordine Primogenituræ injuncta omnibus vocatis strictissima prohibito.

bona alienationis, & onere assumendi, & defendendi cognomen, & insignia familie ipsius Testatoris abque mixtura, alique super additis diversis appositus penas, quas agresse in singulis in ven. Dompi Pia Charitatis Peruzie, applicari mandavit. Ven. Dompi Pia Charitatis Peruzie, Summ. utriusque Partis n. 1. Deinde in hoc proposito, sicuti in aliis parum constans quatuor ab illic mensibus, & sub die 8. Junii ejusdem anni intuitu matrimonii contrahendi per præfatam Severum, & Severis ejus Cognatum cum Catharina de Camillis, vel alia condigna muliere, alisque iustis, & rationabilibus de causis animum suum moventibus per publicum Instrumentum irrevocabile, & inter vivos donavit omnia sua præsentia, & futura actiones, & jura d. Severo, ejusque filius, Nepotibus, Posteris, & descendentibus in infinitum masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio procreandis, & naturaliibus, & de legitimo matrimonio procreandis ex proprio corpore ipsius Severi de Primogenito in Primogenitum, eoque, vel alio masculo deficiente substituit Primogenitum Donatarii, illiusque descendentes in infinitum, quibus omnibus in iunctis onus defendendi Cognomen & arma ipsius donantis abque mixtione, & honorum alienationem, five locationem prohibuit, eoque detulerat gravavit in casu conventionis, & inobservantia ad solutionem scilicet mille pro singulis vicibus ad favorem Pia Domus Charitatis, & dilata per istam exactione pæna ad favorem Hospitalis Misericordie, & deinde subiunxit. E portandò nel caso d. Sign. Severo mancasse senza successione legitima, come sopra, ovvero mancasse la sua successione, adesso per all' hora, & in ciascun di detti casi vuole succedano in tutta la sua Eredità interamente, & senza alcuna ammissione, o detrazione la detta Pia Casa o suoi Signori Superiori pro tempore per d. Pia Casa nel modo, & forma, & come nel detto suo Testamento, al quale s' habbia relazione in questa parte tanto, qual Testamento & ogni altra disposizione da esso suo hora fatto, & fatte salvo sempre le cose predette, & non altrimenti revoca, & annulla nelle parti non contrarie alle cose comprese, & nominate nella presente donatione, ut sunt verba præcia donationis date in Summ. Adricis n. 2.

Defuncto Bartholomæo Donatore, & possessione bonorum apprehensa per Severum, Pia Domus Charitatis ne fraudati possent a gravatis eventiente casu purificationis substitutionis ad ejus favorem ut supra ordinatæ impetravit a san. mem. Innoc. XI. litteras monitoriales in forma significavit contra detinentes, & occupantes bona mobilia, & stabilia donantis, ut ea omnia describi possent in Inventario per donatarium facta, seu faciendò, easque in Partibus præsentatis exequi obtinuit per decretum Vicarii Generalis Curie Episcopalis; A quo appellante Severo, & causa delata ad A. C. ille per contradictas d. decretum revocavit, & ulterius per sententiam declaravit nullum Jus competere eidem Domui Pia super universali successione in bonis, & hæreditate q. Bartholomæi donatoris, sed omne illius jus esse restrictum ad actionem pro consequentione fructuum hæreditatis prædictæ, quotiescumque illius possessores contravenirent voluntati Testatoris in casibus particularibus demandata, & ad formam Testamenti. A quibus provocavit Pia Domus, & Commissa Causa R. P. E. de Alte diu siliuit, donec defuncto Severo donatorio, & nuptime etiam Bartholomæo illius filio, & hæredè in pupillari ætate Judicium reasumpit cum Catharina de Camillis Matris & intestata hæredè d. Bartholomæi, adversus quam ab eodem Judice prævia revocatione sententiæ A. C. immisionem sibi decerni obtinuit in possessionem omnium bonorum in d. donatione contentorum, & hodie in gradu ulterioris appellationis ad Rotam devolutæ uniformem favorabilem resolutionem reportavit præhabita particularis dubii diffinitione.

Cui quidem resolutioni fomentum præbuere justificata extrema instrudi Judicii, nimirum existentia fidei commissi illiusque purificationis ad favorem ejusdem Pia domus, necnon identitas bonorum olim a donante possessorum, quibus concurrentibus Immissio de jure denegari non potest Adrici five ex remedio vulgatae leg. final. C. de edit. Div. Adrian. tollen. five ex utili Salviano Interdicto, tam & si agatur de fideicommissio constituto in contractu, dum pro illius observantia adest hypotheca bonorum contenta in Camerali obligatione ex traditis per Menoch. de adipsicend. remed. 3. num. 55. Card. de Luca de

donat. discurs. 65. num. 2. part. 2. Supplement. & Rot. decis. 743. num. pariter 1. part. 18. & plenè in Narrien. Fideicommissi de Capionibus 2. Decembr. 1682. §. Obiitum penitus confirmata 20. Martii 1683. coram me & 3. Martii 1684. cor. bon. mem. Paulatio.

Identitas bonorum non fuit controversa, existentia autem, & purificatio fideicommissi clarè emicet ex publico, & solemnè Instrumento donationis, in quo decedente Severo primo Donatorio sine successione legitima, aut deficiente illius successione utroque ex dd. casibus legitur substituta Pia Domus Charitatis. Unde cum per obitum Bartholomæi filii præfati Severi defecisset illius successio, purificatio fideicommissi ad favorem ejusdem Pia domus remanet literalis, nam substitutio facta deficiente successione vel linea importat onus restitutionis fideicommissi ad favorem substituti, & perinde est, ac si donans ultimum ex d. successione, vel linea expresse gravasset ad faciendam eî restitutionem bonorum ad text. in l. Codicillis 34. vers. Item quæstionem est. & ibi Bartol. num. 1. ff. de usu & usufructu. legat. & ibi quidam Testator. 30. ubi Bartol. & Bald. num. 1. in fine ff. de vulgari & pupill. Castill. decis. 153. num. 70. lib. 2. & Rot. decis. 988. num. 1. coram Cels. & decis. 791. num. 3. coram Arguel. & in Bononien. Fideicommissi de Pandinis prima Decembr. 1683. quamobrem coram me.

Nec existentia fideicommissi excluditur ex eo quod substitutio Pia domus ordinata fuerit nel modo, & forma, come nel detto suo Testamento, al quale s' habbia relazione in questa parte tanto. Indeque cum in Testamento nulla facta fuerit substitutio in casu obitus, ac deficiente successione Severi, sed dumtaxat in casibus, in quibus controventum esset pluribus dispositionibus in eo ordinatis, inferatur ad hos tantum casus restringendum esse d. substitutionem relativam, nec posse ultra eos extendi resistentem vulgata conclusionem, quod in discordia relati, & referentis attendi potius debeat delatum adliat exempli, & exemplaris ad tradita in specie per Dec. consil. 63. suo num. 6. vers. non obstat, quod verba, & n. segg. Curt. Jun. consil. 92. num. 8. & segg. Decian. consil. 10. num. 92. & 93. vol. 3. Peregr. consil. 40. num. 17. lib. 5. Fulcr. consil. 39. numer. 62. vers. 4. & num. 63. Urceol. de translat. quest. 61. numer. 25. & 26. Torre. de success. in primogen. & majorat. Ital. part. 1. q. 39. §. 1. n. 49. & segg. & part. 2. q. 142. num. 6. & 7. cum aliis per Rotam decis. 439. num. 1. & segg. coram Gregor. & decis. 262. num. 6. & tribus segg. par. 16. recent. & in Romana Donationis 6. Junii 1664. §. & ex hoc cor. bon. me. Bevilagua.

Etenim conclusio rectè quidem procedit quoties verba substitutionis non sunt dispositiva, & propter se, sed suppositiva, & relative ad dispositionem jam factam, vel faciendam; tunc enim quia referens non vult de novo disponere, nec alterare seu immutare dispositiva, attenditur itaque actus relatus, & si in eo appareat alter contineri, quam sit expressum in referente, expressio præsumitur ex errore processisse: Ideoque debet limitari, & restringi ad eam dispositionem, ad quam relatio habita fuit, & in his terminis procedunt omnes auctoritates in obiecto relate, ut præ cæteris bene se explicat Decius in dist. consil. 63. num. 6. vers. Ulterius hoc idem, & Rota d. Romana Donationis in citato §. Et ex hoc coram bona memoria Bevilagua: At fecus est, ubi prout hic, dispositio referens est certa, & determinata tam ratione persone, quam ratione rei, temporis, & casus, eisque verba sunt propter se abique alia dispositione, seu Testamento, & sunt prolata ab eo, qui potestatem habet de novo disponendi, & immutandi contenta in actu relato: hoc namque casu cum consensu, & de certa voluntate illius, qui potest novam dispositionem facere, attendi omnino debet actus referens, five relatum contrarium non inveniat, ut firmant Felin. in cap. ex parte num. 11. in fine de rescript. Decian. d. consil. 63. num. 6. vers. nec obstat Riminald. Jun. consil. 68. num. 14. Adde. ad Gregor. d. decis. 439. lit. A & Rot. decis. 36. num. 9. & segg. part. 2. divers. Seraphin. decis. 1883. num. 2. & admittitur in dist. Romana donationis coram bon. mem. Bevilagua eodem §. vers. quia conclusio, five etiam referat. latum inveniat, & sit contrarium referenti, juxta tradita per Dec. consil. 58. num. 61. & 62. lib. 2. Peregrin. consil. 18. n. 11. lib. 1. Torr. de success. in primogen. tom. 2. q. 22. n. 7. & magistratraliter Rot. in decis. 178. n. 1. & segg. par. 2. recent. ubi plures concordant.

Et.

verba relativa in his terminis vel stare dicuntur relative, & non conditionaliter, vel in omnem casum debent intelligi, & limitari ad accidentalis dispositionis debent nimirum ad modum, formam, vel ad onera illius, sicut in casu præfati restringenda sunt ad modum succedendi integrè sine ulla diminutione, vel detractone in Testamento præscriptum, & in donatione repetitum, ita vadente altera Juris conclusio, juxta quam relatio semper censetur facta ad ea, quæ sunt compatibilia cum dispositione referente, non autem ad alia, quæ sunt in vicem contradictoria, nec inducatur aliam contrarietas, & irreconciliabili contradicco omnino vitanda, ut advertunt 8. Surd. conf. 440. n. 51. & dec. 27. nu. 7. Torr. de success. in primogen. tom. 2. q. 23. n. 45. ubi alios cumulat, & Rota decis. 139. n. 14. coram Duno. Sen. dec. 30. nu. 8. coram bo. me. Card. Cervo, & in rec. dec. 233. n. 11. part. 17.

Firmata autem existentia fideicommissi in casu obitus illius purificationis ad favorem Pia Domus, nec evitari posse videatur ex eo, quod non eveniret neuter ex casibus, in quibus illa substituta legitur; Non quidem primus defecisset Severi sine successione legitima, cum hic obierit superstitè Bartholomæo filio, cujus superexistenti defecere fecit conditione minus secundus totalis, & indefinitè deficiente successione ejusdem Severi, cum Bartholomæus filius in ætate pupillari defecisset supervivente Catharina de Camillis illius matre, cum sit legitima successrix filiorum mortuorum ab intestato defectum legitimæ successione excludit.

Siquidem tale obsequium vitatur ex toto contextu donationis, ob quo habetur donantem sub nomine legitimæ successione Severi donatarii non intellexisse de quocumque successore legitimo sed de illius filio, & descendentibus dumtaxat quemadmodum clarè educitur ex parte principali, & dispositiva ejusdem donationis, in qua donatur Severo præfati, filii, pupillari, & acceptanti pro seipso sive filio, nepotibus, posteris, & descendentibus masculis in infinitum legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio nascituris, & ex proprio corpore ipsius Severi procreandis, Summ. Adricis n. 2. in princ. & ulterius paulò post in ea parte in qua ordinavit primogenitum in bonis donantis, vult, ut deficiente primogenito, aut alio masculo ex vocatis succedent filia primogenita ipsius donatarii, & illius descendentes in infinitum, d. Summ. n. 2. lit. N. & demum onus assumendi cognomen, & insignia Domus ipsius Donantis expresse imposuit Donatorio, ejusque posteris, & descendentibus, d. Summ. n. 2. lit. O. nulla in unquam facta mentione nec expresse, nec tacite de hæreditibus extraneis, quibus sic stantibus in parte dispositiva, necessario inde consequitur, quod verba illa apposita in parte conditionali, verò etiam maneat sua successione, licet aliàs in sua latitudine essent verificabilia in successoribus extraneis. Nihilominus juxta subjectam materiam, & ex voluntate Donantis, non possunt nec debent intelligi nisi de successoribus sanguinis, & descendentibus Donatarii, de quibus in parte dispositiva, & in cæteris partibus donationis actum fuit ad tradita per Gabriel. conf. 69. nu. 6. lib. 2. Rot. dec. 378. nu. 24. par. 13. decis. 269. num. 26. & segg. par. 15. & decis. 232. num. 16. par. 19. recent. & in Carpen. hæreditatis, seu fideicommissi 14. Martii 1687. §. Ultra quod, & 9. Junii ejusdem anni §. final. coram R. P. D. meo Molnes, & in Bonon. successione 20. Februarii 1688. §. Ultracum coram Reverendiss. D. meo Decano.

Eoque clarior dum Donans in hæc parte conditionali in defectum Severi loquens est de successione legitima cum dictione ut supra, per quam successorem restringit, & coarctat censetur ad descendentes Donatarii præcedenter nominatos, & juxta terminos partis dispositivæ, ad quam relatio habita fuit, Fulcr. conf. 39. nu. 4. in fine, & sequentibus & de substit. 1403. num. 39. vers. declaratur Rot. dec. 269. num. 8. & segg. par. 15. & dec. 9. nu. 25. par. 11. recent. & in Romana, seu Bonon. fideicommissi de Riccis 13. Junii 1681. §. nec quidquam relevat coram R. P. D. Florez. & in dist. Carpen. hæreditatis, seu fideicommissi 9. Junii 1687. §. final. coram R. P. D. meo Molnes.

Et quavis in altero casu deficiente successione Severi, qui modo configit, omnia fuerit qualitas legitimitatis, ac etiam dictio repetitiva, ut supra, sed simpliciter dictum, O verò etiam maneat illa successione. Attamen cum utraque casus in una eademque oratione positus fuerit per alternativam, dicendum est, quod sicuti in priori parte alter-

nativæ sub nomine successione legitima, & ex vi dictionis restrictivæ, ut supra non sunt comprehensivi descendentibus Donatarii antecedenter conreplati. Ita & in secunda parte sub appellatione successione legitima, five propriæ ejusdem Donatarii, qua æquipollet Posterioribus, & Soboli, idemque significat, ex traditis per Menoch. præsumpt. 39. nu. 56. vers. secundo motus est, & 57. vers. verum respondet, & Rota decis. 503. nu. 14. & 15. par. 18. tom. 2. rec. comprehendi dumtaxat fuerint idem descendentes, cum una pars alternativæ aliam declareat, ut in his terminis monent Ruin. conf. 89. nu. 17. lib. 3. Cephal. conf. 53. num. 67. & 93. Menoch. conf. 123. num. 3. Riminald. Jun. conf. 676. num. 33.

Nec superexistenti Catharinæ Uxoribus Donatarii impeditæ valet, quia bona donata transeant ad substitutos latentem illius vita durante, ex eo quod donatio facta fuerit intuitu, & contemplatione Matrimonii contrahendi cum dicta Catharina, & exinde ei Jus fuerit questum super eisdem bonis, juxta Text. in l. petens, & ibi Bald. Col. de pati. de Post. conf. 89. num. 5. Cancr. var. resp. par. 1. cap. 8. nu. 34. Magistr. decis. 211. num. 4. par. 4. & Rot. decis. 44. nu. 1. & 2. par. 6. & decis. 30. nu. 8. par. 9. recent. Etenim cum conditiones, & substitutiones, de quibus agitur, fuerint in Donante appositæ non ex intervallo, sed in ipsa donatione sub eisdem, & non alias dicitur ipsi Mulieri questum Jus ad Text. in l. in rebus, & l. cum autem ff. de pati. Peregr. conf. 77. num. 8. cum sequentibus lib. 3. late bon. mem. Rocca Episcopius Jolian. dist. Jur. select. lib. 1. cap. 1. num. 64. & sequentibus Card. de Luca de donat. dist. decim. num. 10. & 13. & Rot. decis. 203. nu. 23. & segg. par. 6. & decis. 336. num. 5. & segg. par. 12. recent.

Consilio itaque ex his de existentia, & purificatione fideicommissi ad favorem Pia Domus, illius vocatio restringi non valet ad dona dumtaxat particularia ad Donante sibi reservata ad effectum testandi sui eo fundamento, quod ipse successio demandata sit respectu bonis hereditatis, cujus nomen verificatur quidem in totis reservatis ad testandum, in quibus verè, & propriè consistit Donantis hæreditas, non autem in bonis donatis, quæ uti separata ab illius patrimonio non dicuntur amplius esse in ejus hæreditate secundum ea, quæ notantur per Mantice. de consuetud. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. nu. 29. Marefcote. var. lib. 1. cap. 58. n. 39. in fin. Barris de success. lib. 8. cap. 2. n. 1. & in Camerinen. successione 15. Martii 1684. §. neque prædictis, & 4. Martii 1685. §. nihil relevat coram Cardinali Matheo.

Quoniam ex lectura donationis patet Donantem intellexisse non de formali, & propria hæreditate, sed de materiali, & impropria, quatenus scilicet denotat universitatem bonorum donatorum, quemadmodum colligitur ex cæteris partibus Instrumenti, in quibus Donans læpè appellavit possessores suæ hereditatis, ut in Summario Adricis n. 2. lit. Q. & in casu delicti, ex quo sequeretur confiscatio bonorum Donatoris delinquentes privavit bonis, & hæreditate dicto Summario numero secundo lit. R. accipiendò pro synonymis universitatem bonorum Donatorum, ac hæreditatem, & propterea desumendo Domini declarationem unius ab altera parte Testamenti: ut faciendum monet Peregr. de fideicommissi. art. 19. num. 108. & Rota in dicta Bononien. successione 14. Januarii 1686. §. quia licet in fine coram R. P. D. meo Benincafa, verum istud hæreditatis in cæteris partibus dispositionis acceptum pro universitate bonorum Donatorum in eodem significato accipiendum esse authamarunt in hac etiam parte substitutionis Pia Domus, juxta montium Paris. 97. nu. 16. Surd. conf. 415. nu. 9. Gratian. discip. 834. n. 4. & 5. Fulcr. conf. 39. nu. 14. & 15. Peregr. conf. 39. nu. 19. tit. 1. Manf. consil. 201. n. 26. & Rot. dec. 926. nu. 10. coram Duno. Jun. & decis. 3. num. 18. & 19. recent.

Maximè dum data contraria intelligentia, inanis redderetur substitutio Pia Domus. Nam cum Donator de bonis exceptuatis a donatione reservaverit sibi facultatem imponeretur testandi, & non facta Testamento volerit eadem comprehendere sub præfata donatione, substitutio Pia Domus in iis tæquam de hæreditate Donantis nunquam posset verificari, quia vel non disponebat per Testamentum, & dd. bona non cadebant in hæreditate, sed vel donatione universali confundebantur, vel de illis testabatur ad favorem diversæ personæ, & non poterant restitui à Donatarii, quibus facta legitur substitutio. Ne ergo successio Pia Domus clarè volita à Donatore reddatur frustratoria, & inutilis, ver-